¶ Erhardus ratdolt Augustensis impressor. Serenissimo alme vrbis venete Principi Joanni Mocenico. S.

Solebam antea sereniſſime princeps mecum ipſe cogitans admirari quid cauſe eſſet q̄ in hac tua prepotenti ⁊ fausta vrbe cum varia auctorum veterum nouorumq; volumina quottidie imprimerent. In hac mathematica facultate vel reliquarum diſciplinarum nobiliſſima aut nihil aut parua quedam et friuola in tanta impreſſorū copia qui in tua vrbe agunt: viderentur impreſſa. Nec cum mecum ſepius diſcuterem inueniebam id difficultate operis acciditſſe. Non enim adhuc quo pacto ſchemata geometrica: quibus mathematica volumina ſcatent: ac ſine quibus nihil i his diſciplinis fere intelligi optime poteſt. excogitaneram. Itaq; cum hoc ipſum tantūmodo cōmuni omnium vtilitati que ex his percipitur. obſtaret mea induſtria nō ſine maximo labore effeci. vt qua facilitate litterarum elementa imprimuntur. ea etiam geometrice figure conficerentur. Quamobrem vt ſpero hoc noſtro inuento he diſcipline quas mathemata greci appellant volumina copia ſicuti reliquе ſcientie breui illuſtrabuntur. De quarum laudibus ⁊ vtilitate poſſem multa im preſens adducere ab illuſtribus collecta auctoribus: niſi ſtudioſis iam omnibus hec nota eſſēt. Illud etiam plane cognitum eſt ceteras ſcientias ſine mathematibus imperfectas ac veluti mancas eē. Neq; hoc profecto negabunt Dialectici neq; Philoſophi abnuent: in quoꝝ libris multa reperiuntur: que ſine mathematica ratione minime intelligi poſſunt. Quam diuin⁹ ille Plato mere veritatis arcanū. vt adipiſceretur cyrenas ad. Theodorum ſummum eo tempore mathematicū ⁊ ad egiptios ſacerdotes enauigauit. Quid q̄ ſine hac vna facultate viuendi ratio nō perfecte conſtat. Nam vt de muſice taceam: que nobis muneri ab ipſa natura ad perferendos facilius labores conceſſa videtur: vt aſtrologiā preteream qua exculti celum ipſum veluti ſcalis machinisq; quibuſdam conſcendentes verum ipſius nature argumentum cognoſcimus: ſine arithmetica ⁊ geometria: quarum altera numeros altera meſuras docet ciuiliter: comodeq; viuere q̄ poſſum⁹: Sed quid ego i his moror que iam omnibus vt dixi: notiora ſunt q̄z vt a me dicantur. Euclides igitur megarenſis ſereniſſime princeps qui. xv. libris omnem geometrie rationem conſummatiſſime complexus eſt: quem ego ſumma ⁊ cura ⁊ diligentia nullo pretermiſſo ſchemate imprimendum curauī: ſub tuo numine tutus felixq; prodeat.

Preclariſſimus liber elementorum Euclidis perſpicaciſſimi: in artem Geometrie incipit quā foeliciſſime:

De principijs q̄ ſe notis: ⁊ p̄mo de diffinitionibus earundem.



Punctus eſt cuius ps nō eſt. ¶ Linea eſt lōgitudo ſine latitudine cui⁹ quidē extremitates ſt duo pūcta. ¶ Linea recta ē ab vno pūcto ad aliū breuiſſima extēſio i extremitates ſuas vtrūq; eoꝝ recipiens. ¶ Supficies ē q̄ lōgitudinē ⁊ latitudinē tm̄ hz: cui⁹ termi quidē ſūt linee. ¶ Supficies plana ē ab vna linea ad aliā extēſio i extremitates ſuas recipiēs ¶ Angulus planus ē duarū linearū alternus ptactus: quaꝝ expāſio ē ſup ſupficiē applicatioq; nō directa. ¶ Quādo aūt angulum ptinēt due linee recte rectilin⁹ angulus noiaf. ¶ Mñ recta linea ſup rectā ſteterit duoq; anguli vtrobiq; fuerit eq̄les: eoꝝ vterq; rect⁹ erit ¶ Lineaq; linee ſupſtās ei cui ſupſtat ppendicularis vocaf. ¶ Angulus ꝺo qui recto maior ē obtuſus dicif. ¶ Angul⁹ ꝺo minor recto acut⁹ appellaf. ¶ Termin⁹ ē qd̄ vniuſcuiuſq; finis ē. ¶ Figura ē q̄ tmino vl termīs ptinef. ¶ Circul⁹ ē figura plana vna qdem linea ptēta: q̄ circūferentia noiaf: in cui⁹ medio pūct⁹ ē: a quo ꝺoēs linee recte ad circūferētiā exeūtes ſibiinicez ſūt equales. Et hic quidē pūct⁹ cētrū circuli dr. ¶ Diameter circuli ē linea recta que ſup ei⁹ centz trāſiens extremitateſq; ſuas circūferētie applicans circulū i duo media diuidit. ¶ Semicirculus ē figura plana diametro circuli ⁊ medietate circūferentie ptenta. ¶ Portio circuli ē figura plana recta linea ⁊ parte circūferētie ptēta: ſemicirculo quidē aut maior aut minor. ¶ Rectilinee figure ſūt q̄ rectis lineis cōtinent quarū quedā trilatere q̄ trib⁹ rectis lineis: quedā quadrilatere q̄ qtuor rectis lineis. q̄dā multilatere que pluribus q̄z quatuor rectis lineis continent. ¶ Figurarū trilaterarū: alia eſt triangulus hns tria latera equalia. Alia triangulus duo hns eq̄lia latera. Alia triangulus triū inequalium laterū. Naz iterū alia eſt orthogoniū: vnū. ſ. rectum angulum habens. Alia ē ambligonum aliquem obtuſum angulum habens. Alia eſt oxigonium: in qua tres anguli ſunt acuti. ¶ Figurarū aūt quadrilateraz Alia eſt q̄dratum quod eſt equilaterū atq; rectangulū. Alia eſt tetragon⁹ long⁹: q̄ eſt figura rectangula: ſed equilatera non eſt. Alia eſt helmuaym: que eſt equilatera: ſed rectangula non eſt.